



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opusculvm, De Vitis  
Romanorvm Pontificvm**

**Liutprandus <Cremonensis>**

**Mogvntiae, 1602**

Cap. IX. S. Telesphorvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11115**

nem aduersus eos suscipiat. Item paulò inferius. Statuentes decernimus, omnes, qui sanctos Patres persequuntur, aut amouere vel dilacerare nituntur, manifestè infames esse, & alienos à limitibus Ecclesiae usq; ad satisfactionem fieri. Item in eadem inferius dicit; Similiter, si huiusmodi personis quædam 15. q. 6. c. si scriptura quoquo modo per metum, aut fraudem, aut per vim extorta fuerint, vel ut se liberare possint quocunq; ab eis conscriptæ vel\* laborata fuerint \* roborate. ingenio, ad nullum eis præiudicium aut nocumentum prouenire censemus, neque ullam eis infamiam, aut calumniam, aut à suis sequestrationem bonis unquam auctore Domino, & suis Apostolis, eorumq; successoribus sustinere permittimus, quia confessio in talibus non compulsa, sed spontanea fieri debet. Pessimum est enim de suspicione, aut extorta confessione quenquam iudicare. Præcepit & in eadem, vt in consecratione corporis & sanguinis Domini eius passio sit commemoranda. & vt aqua cum sa- 2. c. in sacra- le benedicatur, & in dominis fidelium aspergatur, & fidem sanctæ <sup>mentorum.</sup> Trinitatis, sicut à Patribus acceperat, ita scripto suo nos edocuit. Et c. aquam. Hic ordinavit Episcopos 5. presbyteros 6. diaconos duos.

## C A P . VIII.

## S. SIXT V S.

A. cxxxii.

**S**IXTVS, natione Romanus, ex patre Pastore, de regione Via lata. sedit ann. 10. menses 2. diem vnū. Fuit autem temporibus Adriani, usq; ad Verum & Anniculū. Sub quib. & martyrio corona- tur 3. Non. Aprilis. <sup>a</sup> Hic in decretis suis monendo præcepit fidem a epist. 1. ad o- rectam, & ab Apostolis traditam inconcussè seruandam, qua & mnes. ipse nos, scribēdo instruxit. <sup>b</sup> Præcepit etiam, vt sacra vasa non tan- ep. 2. ad o- gerentur, nisi ab hominibus ad hoc officium Deo sacratis. Hic mnes Episcop. De cons. dist. constituit, vt quisque Episcopus aliqua aduersitate pulsatus licen- t. c. in sancta. ter appellat Romanam & Apostolicam sedem, & illuc vocatus, 2. q. 6. si quis venire non renuat. nec inde absque Apostolicis litteris ad propriā vestrum. redeat, vt vicini sui ex hoc intelligent, qualiter ibi suam, aliorum- que causam finierit. Constituit etiam, vt nemo Episcopū suis rebus exspoliet, aut à propria sede expulsum excommunicare, aut diiu- dicare præsumat. Hic ordinavit Episcopos 4. presbyteros 11. diaconos 3.

## C A P . IX.

## S. T E L E S P H O R V S.

B 3

TELE-

A.CXLII.

**T**ELESPHORVS, natione Græcus, ex anachoreta, sedit anno<sup>s</sup> 11.menses 3.dies 22. Fuit autem temporibus Antonini & Marci. Hic 4.nonas Ianuarii martyrio coro natur. \* Hic in decretis suis statuit firmiter, vt omnes clerici in sortem Domini vocati 7. hebdomadas plenas ante Pascha à carne ieunent: & vt clerici nullatenus laicos in sua pulsatione, aut accusatione recipiant, sicut & ipsi laici iuxta secularem legem clericos in suis infamacionibus recipere nolunt. Constituit etiam, vt in sancta nocte Nativitatis Domini nostri Saluatoris Missa celebretur, & hymnus angelicus, id est, *Gloria in excelsis Deo* sollemniter decantetur. Reliquis autem temporibus ante horam diei tertiam Missam celebrari prohibuit, quia & ea hora Dominus crucifixus, & Spiritus sanctus super Apostolos descendisse legitur. Præcepit etiam omnes accusationes, quas seculari leges non admittant, ad accusationem Ecclesiasticam nō admittendas esse. Hic ordinauit Episcopos 13. presbyteros 11. diaconos 8.

## C A P. X.

A.CLIV.

## S. H Y G I N V S.

*\* Veri.**<sup>2</sup> ep. 1. ad omnnes fideles.**<sup>2. q. 7. c. criminaciones.</sup>*

**H**YGINVS, natione Græcus, ex Philosopho de Athenis, cuius genealogiam non inueni. sedit annos 4.menses 3.dies 8. Fuit autem temporibus \* Seueri & Marci, à consulatu Magni & Camerini usq; ad Orfitum & Priseum, qui tertio Idus Ianuarii migravit ad Dominum. Hic composuit clerum, & distribuit gradus. \* Hic in fide Christi nos instruxit multis & firmis documentis diuinæ scripturæ, ostendens, nec Patrem præcessisse filium, vt maior sit filio, nec filium postea natum, vt deitate Patris minor esset. Hic etiam constituit vt nullus Metropolitanus absq; cæterorum prouincialium præsentia aliquorum audiat causas Episcoporum, quia sic aetæ irritæ erunt. Constituit etiam, vt maiorum natu criminationes non per alios fiant, nisi per ipsos, qui crimina intendunt. Qui etiam peregrina iudicia habenda prohibuit. Hic ordinauit Episcopos 6. presbyteros 15. diaconos 5.

## C A P. XI.

A.CLVIII.

## S. P I V S.

**P**IUS, natione Italus, ex patre Rufino, frater Pastoris, de ciuitate Aquileia. sedit annos 19. menses 4.dies 3. Fuit autem temporibus Antonini, à consulatu Clari & Seueri. Qui 5. Idus Iulii factus est de medio. \* Hic firmiter decretis suis statuit, vt omnis, qui prædia di-

*<sup>2</sup> ep. 2. ad Ita- scos.*